magis acidum, nunc magis nidorosum chylum ex assumtis producit, maximopere ad Ructuum in Ægro qualitates est attendendum, & pro earum diversitate diversimodè etiam de fermenti Dyscrasiâ, juxta Institutionum medicarum præcepta, judicandum venit. Itaque ad biliosum nimis menstruum corrigendum seligenda veniunt *salino-amara* atque terrea; ad nidorosum *salino-volatilia aromatica* ac *terrea*, imò & *acidula* in hocce casu minimè nocent; ad acidum denique temperandum & invertendum requiruntur *salino-terrea alcalina*, magis minusque *volatilia*, qualium formulas plures in superioribus reperire licet.

CAPUT XXV.

De Remediis Carminativis.

§. 1.

Descriptio. C*Arminativa* Remedia appellantur, quæ flatus sive in primâ regione, sive in aliis corporis partibus, natos discutiunt & dispellunt. Quum autem *flatus* nil aliud sint, quàm viscidorum humorum, cum particulis aëreis mixtorum, per intervenientem aliquam fermentationem peregrinam evaporatio, & in bullulas elevatio, (planè sicut videmus Aquam, in quâ sapo solutus est, insufflatione aëris in bullas evehi:) manifestum satis esse credimus, *Carminativa* sive *Flatus Discutientia* Remedia talibus particulis constare debere, quibus flatuosum ejusmodi serum in corpore incidi possit, aëriique sic liber exitus aut transitus concedi. Sed enim non sufficit, ut bullulæ istæ seri viscidi flatuosi hac ratione à particulis carminativis disrumpantur,

Quibus constent particulis carminativa.

pantur, quin ſimul pori corporis, aut majores etiam meatus pervii ſatis eſſe debent, ad aëreas tales & flatuoſas particulas emittendas. Ita ſicubi flatus in Inteſtinis obhærent, à ſero viſcido & copiâ aëris oriundi, *carminativa Remedia* bullas iſtas ſuis particulis equidem diſrumpunt, verùm niſi aër, ita in libertatem vindicatus, majorem inveniat per inteſtina exitum, facilè novos flatus excitare, novaque ſymptomata moleſta producere valebit.

§. 2. Itaque ea Remedia omnia *carminativa* appellamus, quæ particulas obtinent ſubtiles, admodum mobiles aut ſalino ſulphureas acriuſculas, ut & terreſtres alcalinas, abſorbentes ac præcipitantes; quibus addimus etiam Anodyna, nervulos irritatos blandè demulcentia; ſive dein internè hæc exhibeantur, ſive externè applicentur. Externa enim ſæpè plus præſtare obſervamus, apertione pororum & transmiſſione particularum ſubtilium, quàm verò interna; ſaltem externa quandoque ſola juvant abſque internis, rarò autem ſine externis interna. *Quæ ſint carminativa.*

§. 3. *Materiam* ergo Carminativorum componunt ea omnia, quæ ſale volatili oleoſo pollent, eoque plus minus evidenti: quemadmodum præter *Aromata* omnia laudantur *Radices Mutellinæ vel Meu, Leviſtici, Fœniculi, Petaſitidis, Angelicæ, Valerianæ, Imperatoriæ, Zedoariæ, Calami aromatici, Cyperi, Galangæ, Herbæ, Meliſſæ, Serpilli, Pulegii, Origani, Thymi, Ocymi, Salviæ, Majoranæ, Roriſmarini, Centaur. min. Flores Chamomill. Menthæ, Calaminthæ, Matricariæ, Tanaceti odorati, Abſynthii, Abrotani, Anethi, Folia & Baccæ Lauri, Juniperi, Solani, Quadrifolii, Semina Naſturtii, Anethi, Carvi, Cumini, Fœniculi, Aniſi,* inprimis *ſtellati, Coriandri, Cortices Aurantiorum & Citri, Olea deſtill. Aromatum*, ut & *Materia talium Remediorum.*

Seminum modò dictorum; *Spiritus* & *Salia volatilia oleosa*, *Essentiæ Corticum Citri aut Aurantiorum*; *Carminativa Wedel. Aqua carminativa Dorncrelii*, *Aqua physogona*, vel *destillata Plantarum* dictarum, *Spiritus carminativus Travitii*, *Spiritus Salis arm. urinosus anisatus*, *fœnic.* cumque hoc parata *Tinctura Castorei*, vel *Opii liquida*, *Spiritus Nitri*, aut *Salis dulcis*, *Arcanum Tartari*, *Nitrum antim. Salia lixiva Plantarum*, *Tinctura Tartari*, *Arcanum duplicatum Mynsichti*, *Elixiria propriet.* vel *Melissæ*, *Menthæ*, *Florum & Corticum Aurantiorum*, *Apii selini*, *Nasturtii*. Quibus addimus *Pulveres alcalinos terreos* & *absorbentes*, *Salia acida* inviscantia & flatulenta obtundentes. Denique non omittenda sunt *Purgantia*, materiam flatibus generandis aptam è primis viis probè educentia & expellentia, utpote quorum ope interdum Homines quàm ocyssimè à flatuum incommodis liberantur, atque immunes manent, modò postea per aliquod tempus Remediis stomachicis digestionem Ventriculi roborantibus utantur.

§. 4. Formulæ autem *Carminativorum* tam *internæ* quàm *externæ* possunt esse sequentes:

℞. *Aq. Chamom.*
Anis.
Aneth. ana ℥j.
Syr. Cortic. Aurant. ℥ß.
Spir. Nitri dulc. ʒj.
M. ad Vitr. sumatur cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Menth.* ℥j.
Meliss.
Card. bened. ana ℥ij.
Syr. Pæon. ʒvj.
Essent. Cort. Aurant. ℥ß.
Tinctur. Castor. cum Spir. sal. arm. par. ♃j.
Elæosach.

Elæosach. Citr. ʒij.
M. ad Vitr. ac tribus haustibus capiatur.
Vel ℞. *Tinctur. Tartar.*
Spirit. Salis dulc. ana ʒiß.
Tinct. Opii liquid. cum Spir. sal. arm. par. ʒß.
M. ad Vitr. Dosis m. ac v. xx. *gtt.*
Vel ℞. *Arcan. duplicat. Mynſ.*
Nitri antimon.
Antimonii diaphor.
Conch. ppt. ana ʒj.
Elæosacch. Aniſ. ʒij.
M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis ℈ij. *m. ac v.*
Vel ℞. *Aq. Fœnic. ſl. Aurant. ana* ℥j.
Cherefol. ℥iiß.
Syrup. Card. bened. ʒvj.
Spiritus Sal. arm. aniſat. ℈ij.
Eſſent. Opii liquid. ℈ß.
Ocul. 69. pp.
Salis Abſynth. ana ʒß.
M. ad Vitr. pro ij. *doſibus.*
Vel ℞. *Spec. aromat. roſat.*
Imperator. ana ʒij.
diagalang.
diaxyloaloës, ana ʒj.
Diaphoret. martial.
Corall. rubr. ppt.
Antimonii diaphoret. ana ʒij.
Arcan. Tartar. vel
duplicat Mynſ. ʒj.
Ol. ſtillat. Aniſ. ℈ß.
Sacch. albiſſ. ℥iiij.
M. F. Trag. ſubt. cujus doſis ad ʒij. *extendi poteſt.*
Vel ℞. *Eſſent. cortic. Aurant.* ʒiß.
Galang.

Cinam.
Zedoar. ana ʒj.
M. ad Vitr. Dosis xv. *ad* xx. *gtt.*
Vel ℞. *Ol. destill. Cumin.*
Anis.
Fœnic. ana ʒß.
M. ad Vitr. Dosis viij. *ad* xij. *guttæ, cum Jusculo.*
Vel ℞. *Ol. destill. Macis* ℈j.
Carv. ℈iß.
Caryophyllar. ℈ß.
Cinam. gtt. iv.
M. ad Vitr. dosis vj. *vel* viij. *gutt. in Jusculo.*
Vel ℞. *Ol. still. Carv.* ʒj.
Menth.
Lavend. ana ℈ß.
M. ad Vitr. Dosis gtt. viij. *vel* x.
Vel ℞. *Elæosacch. Anis.*
Citr.
Aurant. ana ℥ß.
Corall. rubr. ppt. ʒiij.
Diaphoret. mart.
Arcan. duplic. Mynſ. ana ʒj.
M. F. Pulv. subt. d. ad scat. Dos. ʒj. *ad* ij.
Vel ℞. *Confect. Semin. Anis.*
Fœnicul. ana ℥ß.
Coriandr. ʒij.
Caryophyllor. aromat.
Zinziber.
Piper. long.
Semin. Nasturt. ana ʒj.
M. ad scat. pro Trag. grossâ post pastum sumendâ dosi ʒij.
Vel ℞. *Spiritus Theriacal. camph.*
Salis arm. anisat. ana ʒj.

M. ad

M. ad Vitr. Dosis xii. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Essent. carmin. Wedel.* ℥ß.

D. ad V. Dosis gutt. xx. *ad* xxx.

Vel ℞. *Elix. Menth. aut*
Meliss. ℥vj.

D. ad V. Dosis m. ac vesp. cochleare plenum.

Vel ℞. *Elix. vitæ Matth.* ℥ij.

D. ad V. Dosis cochleare plenum bis vel pluries quotidie.

Vel ℞. *Spir. Anis.* ℥iß.
Aqu. Meliss. ℥ij.
Sacch. penid. ℥ß.

Misc. d. ad Vitr. Dosis cochleare plenum quotidie semel aut bis.

Vel ℞. *Spiritus Salis arm. fœniculat.* ʒiß.
Essent. Caryophyll.
Cinam. ana ℈j.

M. ad Vitr. Dosis x. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Anth.* ʒij.
ther. camphorat.
Menth. essentif.
Cochlear.
Cortic. Aurant. ana ʒj.

M. ad Vitr. Dosis xij. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Aq. carminat. Dorncrel.*
Fumar.
Cherefol. ana ℥j.
Syr. de stœchad. ʒvj.
Diaphor. jovial.
Ocul. 69. *ppt. ana* ℈j.
Ol. Nucist. expr. gr. vj.
destill. Caryophyll. gtt. iiij.
Sacch. cand. alb. ʒij.

M. ad Vitr. Dosis subinde cochleare plenum.

Vel ℞. *Electuar. diascord. Fracast.* ʒiij.

de Bacc.

de Bacc. Laur. ℥iß.
Sec. diacymin. ℥j.
Syr. Cortic. Aurant. q. s.
M. F. Elect. d. ad Oll. dosis subinde Nucista magnitudo.

Vel ℞. *Radic. Angelic.*
Imperator.
Zedoar.
Galang.
Petasitid. ana ℥ij.
Fol. & Herb. Menth.
Meliss.
Aneth. ana Mij.
Flor. Calendul.
Chamom.
Melilot. ana Mj.
Semin. Aneth.
Fœnic.
Baccar. Junip. ana Mß.

Incisa & contusa insuantur Sacculis siccè & calidè applicandis.

Vel ℞. *Radic. Cyper.*
Calam. aromat. ana ℥ß.
Valerian. ℥ij.
Fol. Calaminth.
Matricar.
Origan.
Summit. Thym.
Lavendul. ana Mj.
Baccar. Laur. Mß.
Semin. Cumin.
Anis.
Carv. ana ℥ij.

Incisa & contusa insuantur Sacculo interpassato, calidè & siccè applicando.

Vel

Vel ℞. *Semin. Cicer.*
Lent. ana Mij.
Aven. Mj.
Carv.
Cumin. ana Mß.
Bacc. Laur. ℥j.
Junip. ℥ij.

Incisa & contusa d. ad Sacculum calidè applicandum, conspersum Spiritu Vini camphorato.

Vel ℞. *Salis commum. tost.* Mij.

Insuantur Sacculo interpassato, & calidè frequenter applicetur.

Vel ℞. *Emplastri de Bacc. Laur.* ℥iß.
Ran. Vigon. cum Mercur. ℥j.

M. F. Emplastr. calidè applicandum.

Vel ℞. *Emplastr. Norimberg. Gruber.* ℥ij.

Extende super alutam & conspersum Oleo quodam destillato carminativo applica.

Vel ℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
Ol. Bacc. Junip.
Laur. ana ʒiß.
destill. Chamom.
Menth. ana ℈j.

M. F. Ungtum d. ad Oll.

Vel ℞. *Ol. Nucist. expr.*
Axung. human.
Canis.
Capon.
Anserin. ana ʒj.
Ol. destill. Bacc. Junip.
Aneth.
Fœnic. ana ℈ß.
Carvi.
Caryophyll. ana gtt. vj.
Spirit. Vini camphorat. ʒj.

M. ad Oll.

Vel

Vel ℞. *Ol. Laur.*
Later.
Cer.
Chamon. ana ʒj.
destill. Bacc. Junip.
Chamom.
Menth. ana gutt. viij.
M. ad Vitr. M. ac V. inde fiat inunctio.

Vel ℞. *Axung. cerv.*
Ursin. ana ℥ß.
Medull. Oss. bubul. ʒij.
Ol. destill. Macis.
Rutæ.
Majoran.
Chamom.
Aneth.
Anis. ana gtt. vj.
M. ad Oll. pro Ungto.

CAPUT XXVI.

De Remediis Hepaticis.

§. 1.

Veterum circa hepatica remedia opinio.

IN Veteri Medicinâ nihil magis decantatum fuit, quàm Hominem calidâ, frigidâve Hepatis Intemperie laborare, atque hinc etiam maximè fuerunt soliciti eo tempore Medici de inveniendis Remediis *Hepaticis*, nunc *calefacientibus*, nunc *refrigerantibus*. Hodierna Medicina, quæ intemperies ejusmodi, ceu figmenta Antiquitatis speciosa, dudum exauctoravit, facilè quoque repudiare posset *Hepaticorum* Remediorum Tabulam, à Veteribus exhibitam. Sed cùm Hepar nihilominus corporis Viscus sit, ex arteriis, venis, vasis lymphaticis, ductibus